

Joachim Schönermarck

**Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Schonermarck I.D. & Professor P.
Ad Exequias, Quas ... Annae Stockmans paratas cupit Viduus & liberi
moestissimi, Cives Academicos omnium ordinum ... invitat : 28. Augusti Anno
1617. hora 1. in templo Jacobaeo ; [P.P. Rostoch. 28. Augusti Anno 1619]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669489>

Druck Freier  Zugang



Schönermarck, J.

in A. Stockmann.
Cx. J. Techartin
Rostock, 1619.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774669489/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669489/phys_0003)

DFG

R E C R O R
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOACHIMUS SCHONERMARCK
J. D. & Professor P.

Ad Exequias,

Q U A S

Matronæ Honestissimæ & Laudatissimæ
ANNAE STOCK-
M A N S

paratas cupit


Viduus & liberi mœstissimi,

Cives Academæ omnium ordinum
per amanter invitati.

28. Augusti Anno 1617. hora 1. in
templo Jacobæo.



ROSTOCK I
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typogr. Anno 1619.





Rector

ACADEMIA
ROSTOCHIENSIS

**JOACHIMUS
SCHONERMARCK
J. U. D.**

N historia Sanctissimi
Patriarchæ Jacobi ,
quæ ab antiquissimo
mundi originis, rerūq;
tunc gestarum scripto-
re Moile in primo Pen-
tateuchi sui scripta ex-

stat, legimus : Cum à filio Josepho ,
senex pater Jacobus ad regem A'Egypti
adductus esset, & Rex ex eo quæsivisset
numerum annorum vitæ ejus , respon-

A 2 differ

disse Patriarcham : D I E S pere-
grinationis suæ esse centum & trin-
ta annorum , hos vero breves & malos ;
quibus paucis verbis sapientissimus
senex hujus vitæ miserias & brevita-
tem admodum dilucidè depinxit . Re-
ctissime enim appellavit hanc vitam
peregrinationem , quâ , cum ~~in~~ ⁱⁿ ~~litteris~~
strum in cœlis sit , ad civitatem perpetuo
manentem anxi desiderio tendimus .
Quamdiu enim in hoc corpore , quasi
hospitio incerto versamur , à Domino
peregrinantes , varijs casibus & pericu-
lis expositi sumus . Quis autem est , qui
non quam plurimas hujus vitæ difficul-
tates & ærumnas experiatur , ac ferè infi-
nitis laboribus & maximis angustijs de-
fatigetur ? ut nihil magis optandum
esse videatur , quam hac gravissima ca-
lamitatum mole quam primum liberari .
Quare bene cum jis actum esse existi-
mandum est , qui ex hac peregrinatio-
ne molestissima & duro hospitio ad re-
quietem

quietem & tranquillitatem perpetuam,
veramq; patriam traducti sunt. Sem-
per autem judicatum est, quod citius
quis ad eam metam pervenerit, tanto
præclarius cum ipso agi. Cum itaque
honesta & pia fœmina ANNA, JA-
COBI TECHENTINS civis Rei-
publicæ hujus Urbis spectati conjunx,
in flore ætatis suæ abrepta, æternæ il-
lius tranquillitatis compos facta sit, gra-
tulanda illi ea felicitas est. Nata fuit
Anno 1584. die 4. Julij, Parentibus ho-
nefissimis, Patre M. ERASMO
STOCMAN, viro Clarissimo, Physi-
ces quondam in hac Academia Profes-
sore dignissimo: & Matre ELISABE-
THA, GERARDI Nennij, Medicinæ
Doctoris excellentissimi & Professoris
item apud nos olim celeberrimi, filia,
quorum omnium memoria est in bene-
dictione. Ab his optimis parentibus
ad pietatem, castitatem & omnem vir-
tutem sexui fœmineo convenientem à

A 3

pri-

-bs

primis incunabulis educata , cum primo
matrem , deinde etiam patrem amisisset ,
suadentibus tutoribus & cognatis nupsit
dicto J A C O B O T E C H E N T I N
Anno 1613. ex eoq; filium G E R A R -
D U M , qui bimulus obijt , & filiam
E L I S A B E T H A M , quæ adhuc in vi-
vis est , suscepit . In hoc conjugio erga
maritum amorem , in privignis juxta
cum suis educandis piūm affectum , in
re domestica constituenda vigilantiam ,
solicitudinem & curam , in tota reliqua
vita fidem , patientiam , luxus & super-
biæ odium abunde ostendit : donec tan-
dem ad Cephalalgiam , qua cum sæpiu-
sculè conflictari solebat , accederet fe-
bris : quæ quotidie augescens , ita hujus
lectissimæ matronæ jam octavum men-
sem (qui gravidis acuto morbo corre-
ptis ut Medici censent , solet esse peri-
culosissimus) uterum gerentis vires
attrivit , ut ipsi undecimo , post primam
invasionem , die , diem decretorium

ad-

adferret, diem hujus mensis 25. quo qui-
dem hæc optima matrona, hora media
quinta post meridiem, animam suam
consolationibus divinis plenam D E O
conditori suo & Redemptori reddidit,
& placidissime exspiravit, desiderio
maximo, mœstissimo, graviterque
etiam decumbenti marito, & filiolæ
& privignis, qui hunc matris obitum
lugent, relicto. Fiet autem hujus pie de-
functæ foeminæ hodie funeris hora prima.
Ad quod cohonestandum, ut, qui Nostri
sunt omnium ordinum, in templo Ja-
cobeo frequentes conveniant, & de vi-
tæ hujus fugacitate, deque pia ad felici-
cem hinc migrationem præparatione
cogitantes, ac pro averruncatione im-
pendingium calamitatum & mutatio-
num, & repressione tyrannicorum
consiliorum, & conatum in no-
stram omnium perniciem conspi-
rantium supplicantes, nostram sa-
lutem.

ludem ac conservationem bonarum literarum, Academiarum & Rerum publicarum assiduis & ardentibus precibus commendent: rogamus & hortamur. P. P. Rostoch. 28. Augusti ANNO 1619.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774669489/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669489/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774669489/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669489/phys_0015)

DFG

adferret, diem hujus mensis
dem hæc optima matronā, l
quinta post meridiem, ani
consolationibus divinis plen
conditori suo & Redemptō
& placidissimē exspiravit
maximo, mœstissimo,
etiam decumbenti marito
& privignis, qui hunc mat
lument, relicto. Fiet autem h
functæ fœminæ hodie fun^g
Ad quod cohonestandum, ut
sunt omnium ordinum, in
cobeo frequentes convenian
tæ hujus fugacitatem, dequæ
cem hinc migrationem pra
cogitantes, ac pro averrunc
pendentium calamitatum 8
num, & repressione tyra
consiliorum, & conatuun
stram omnium pernicien
rantium supplicantes, ne



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE83 Serial No. 035